

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Intimatio lubilaei Evangelici Ad mandatum Serenissimi Electoris Saxoniae In Toto
Illo Electoratu Et Vicinis Provinciis Bono Cum Deo Celebrandi, Publicata, Ab
Academia Witebergensi**

Rostochii: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730542939>

Druck Freier  Zugang





Theol. 798.

~~H = 1537. +3.~~

INTIMATIO
JUBILÆI
EVANGELICI

Ad mandatum

SERENISSIMI ELECTORIS
SAXONIÆ IN TOTO ILLO ELECTO-
RATU ET VICINIS PROVINCIIS BONO
CUM DEO CELEBRANDI,

PUBLICATA,

AB ACADEMIA WITEBERGENSI.

Tibi CherVbIn

procLaMant.



& SeraphIn

InCetabILI Voce

R O S T O C H I I

Typis Joachimi Pedani, Anno 1617.

~~H 1537 13~~



Bibliothek
Mecklenburg

RECTOR ET CONSLIUM ACADEMIÆ WITEBERGENSIS

Omnibus ac singulis doctrina cœlestis depositum per ministerium D. MARTINI LUTHERI ante hos centum annos Ecclesia demandatum fidehiter & sincerè amplectentibus

*Gratiam, Pacem & Benedictionem à Deo Patre,
& Domino nostro JESU CHRISTO, in
SPIRITU SANCTO*

P.



Onsitemini Domino, & invocate nomen ejus: annunciate inter gentes opera Domini: Cantate ei & psallite: narrate omnia mirabilia ejus: gloriamini in nomine sancto ejus: latetur cor querentium Dominum: querite Dominum & potentiam ejus: querite faciem ejus semper: mementote mirabilium ejus, qua fecit, prodigia ejus, & judicia oris ejus. Semen Abram servi ejus: filij Jacob electi ejus: ipse Dominus Deus noster, in universa terra judicio ejus. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes.

Hac quasi præconis voce convocavit olim Regius Propheta populum suum, & ad laudandum Dominum Deum invitavit, cum beneficia illa inde ab Abraham tempore usq; ad possessionem terræ Chanaan peculiari hymno recensiturus esset. Eodem præconio nos in præsentia, nomine Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII, Ducis Saxonie, Juliæ, Clivie, Montium, Electoris ac Archimarschallii

A 2

Roma-

Romani Imperij, Landgravij Thuringiae, Marchioni Misniae,
Burggravij Magdeburgensis, Comitis de Marca & Ravensperg,
Domini in Ravenstein &c. Domini nostri clementissimi, vos
omnes atque singulos, qui coelestem illam ~~mægdiulu~~^{mægdiulu} Beati
LUTHERI, fundamento Propheticae & Apostolicae Scripturæ
fultam, & sanguine martyrum obsignatam, fideliter tuemini,
debita cum reverentia compellamus, appropinquante iam primi
illius seculi fine, quo Præpotentissimus Deus, pro immensâ suâ
misericordia, sanam doctrinam verbâ sui à sordibus & quisquilijs
Pontificiæ idolomanie repurgatam, dilectissimæ nostræ Patriæ
Germaniæ restituit, & ab hinc ad exteris etiam nationes pros-
minavit. Quâ ratione Ecclesiæ Christi, sub jugo Antichristi,
miserrimè preesse & lamentabiliter gementi sua restituta est liber-
tas, & inter tot mundi insidias ac hostium furias integro hoc
seculo potenter conservata. Quo nomine jam non immerito
confitemur Domino, & invocamus nomen ejus, annunciamus
inter gentes opera ejus, cantamus & psallimus ei, narrantes
omnia mirabilia Domini. Etenim mysteria regis abscondere
bonum est, opera autem Domini revelare & confiteri, honori-
ficum. In quem finem & sanctum & religiosum est, diem in pri-
mis ultimum Octobris, quo ~~mane eis~~^{mane eis} ille, & semipaternæ bene-
dictionis memoriâ dignus MARTINUS LUTHERUS, suis de-
indulgentijs positionibus, in hoc oppido ad valvas templi Aca-
demici, quod arcii Electorali contiguum est affixis, reformationis
operi primam quasi manum, ferè aliud agendo, divino tamen
ductu, adhibuit solenniorem habere precibusque ad Deum &
devotis laudum sacrificijs, ut & religiosa commemoratione
beneficiorum, ab eo tempore nobis exhibitorum ad omnem, si
qua futura est, posteritatem nobilitare. Verè enim dies ille est
dies boni nuncij, si tacuerimus, & noluerimus annunciare, scele-
ris arguemur. Instaurati sunt, inquit August. lib. 3. de civ. Dei
cap. 18. ex autoritate librorum Sybillinorum ludi seculares, quo-
rum celebritas inter centum annos fuerat instituta, feliciori-
busque temporibus memoriâ negligente perierat. Erant hi ludi
Scenici, ait Ludovicus Vives Commentator Augustini, qui in
honorem Apollinis & Dianæ exhibebantur. Sed quid nobis
cum

cum dæmonijs istis gentilium, aut quid cum ludis Scenicis? Cum
Deo nostro, Patre misericordiarum, & cum Filio ejus dilecto,
Domino nostro Iesu Christo, capite ac propugnatore Ecclesie
fux, nobis est hoc negotij, non in scenis ac theatris Poëtaturum,
sed in coetu sanctorum, consitentium nomen Domini. Indi-
gnum tamen ordine, indignum possessione nostra esset, gentiles
illos res suorum deastrorum tractare tanta diligentiane magis
dicam an superstitione; & nos in mirabilibus Dei nostri tam
extremè esse oscitantes, ut ne quidem semel in seculo majori
cum solennitate memoriam eorum repetamus! Certet potius
cum superstitione ipsorum nostra devotio, nec ulla temporum
felicitas tanta sit, quâ memoria ista periat. Quantâ cum festivi-
tate, gaudio ac tripudio celebrarunt Judæi dies Mardochaicos, ut
in secundo lib. Macch. appellantur, hoc est, dies Phurim, in memo-
riam praesentis beneficij divini, quo libertatem religionis recepe-
runt liberati ab excidio, quod Hamanus ipsis, projectione Phurim,
h.e. sortium, destinaverat? Erant hi dies decimus quartus & deci-
mus quintus mensis Adar, de quibus scriptum est Esther 9, 28. Iste
sunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio, & per singulas gene-
rationes cuadæ in toto orbe provinciaz celebraunt: nec est ulla
civitas, in qua dies Phurim, i.e. sortium non observentur à Judæis,
& ab eorum progeniæ, qua his ceremonijs obligata est. Non mi-
norum cum lætitia transegerunt quotannis decimum tertium diem
ejusdem mensis, cùm à tyrannde Nicanoris, qui manum suam
contra templum Domini extenderat, liberati essent: ubi omnes
communi consilio decreverunt, nullo modo diem istum absque
celebriitate præterire 2. Macchab. 15, 36. Et quis, nisi apertus
veritatis hostis nostrum nobis gaudium invideat, quod Deus in
corda nostra effundit, appropinquante jam die illo seculari ulti-
mi Octobris, qui, ut Sybillinis verbis utamur, ἐτείων ἐκσά-
ρξε κύκλων ὁδεύων, primus est stupenda illius liberationis
ex regno Antichristi, in quo abomniabili nundinatione indul-
dulgentiarâ quasi sortes projectæ sunt in perniciem animarum:
in qua Romani istius Nicanoris scelerata manus, quam contra
Domini templum erexerat, επ' αὐτοφόρῳ depræhensa & ex
justo Dei judicio ancipiiti gladio verbi divini per ministerium

Beati Lutheri amputata, linguaque ejus contra Deum Deorum blasphemia loquens, præcisa, & in æternam rei memoriam ad templum Domini calamis sanctorum Dei hominum suspensa fuit. O felicem illum diem, & sanctâ semper memorâ dignum! quo Romana ista Jericho decretis Pontificum clausa & potentia principum terræ munita, non externa aliquâvi, sed buccinis Jubilæi, h. e. doctrinâ Evangelij de gratuita peccatorum indulgentiâ propter solum Christi meritum impetrândâ corruit, suique contemtum nullo unquam tempore finiendum, in meliori Germaniæ parte multisq[ue] alijs regnis ac provincijs, reliquit. Victoriam tam præclaram jam pridem multi magni nominis Imperatores atque Princes minati sunt, quemadmodum prædictum fuit, contra Antichristum præliaturum regem Austri, & quasi tempestatem venturum contra ipsum regem Aquilonis, incurribus, equitibus & classe magna. Sed & hoc prædictum est, Antichristum vim istam omnem superaturum, & ingressurum terras, easque contritrum & pertransitum etiam usque in terram gloriosam Daniel. II, 40. Non enim vi externâ sed spiritualibus armis debellari debebat regnum Antichristi, & spiritu oris Christi interficiendus erat filius perditionis 2. Thess. 2, 8. Nam ut Angelus ad Prophetam loquitur, fama eum turbabit ab oriente, & ab Aquilone Dan. II, 44, fama nimirum præclara de Christo, qui neque auro neque argento, sed pretioso suo sanguine indulgentiam seu redemptionem à vanâ conversatione nostrâ nobis adquisivit. Quæ fama jam olim quidem ex orientalibus Ecclesijs Græcorum prodijt, quæ semper dominatui Papæ Romani, & exinde decretis etiam ejusdem in rebus fidei animosè restiterat: longè verò clarior fama Papam superiori sedulo terruit, cum ad Aquilonem, h. e. in Germania nostra, & nominatim in hac Witebergâ, buccina Jubilæi Evangelici de gratuitâ remissione peccatorum contra indulgentias Papales insonaret. Tunc ceciderunt muri Romanæ Jerichuntis: tunc opprobrium fuit multis populis meretrix illa, cum qua scortati sunt reges terræ, & quæ vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes: tunc Angelus ille per medium cœli volavit, habens Evangelium æternum ut evangelizaret sedentibus super terram & super omnem

gen.

gentem & tribum, & linguam, & populum. Hujus sanè reitam
admirandæ ac divinæ memoria festivâ solennitate, adeoque
planè jubilæo Ecclesiastico digna est, in quo non theatralis quæ-
dam pompa, nec sumptuum magnificentia; sed religiosa mensis
devotio, sancta animi pietas, & indefessum Deo & posteritati
gratificandi studium primas teneat. Rideant hoc institutum no-
strum Papæ satellites Jesuitæ cum omni suo clero, struant insidias,
excogitent dolos, fabricent machinas, quibus sanctam hanc festi-
vitatem interturbent, & ex Jubilæo nostro Ejuleum faciam: sed
& Dominus Deus noster, qui in cœlis habitat, ridebit eos: qui
sedet super Cherubim, manifestabit se coram Ephraim, Benjamini
& Manasse: excitabit potentiam suam, veniet & salvos faciet
nos: qui vineam suam plantavit inter nos, eamque toto hoc
sedulo conservavit, is & deinceps veniet, & visitabit eam, nec
committet, ut eam protersus devastent apri; modò nos quoque
preces coniungamus, & communibus votis atque studijs salu-
tem Ecclesiæ sedulò quæramus: certè aderit nobis Dominus,
non derelinquet pusillum gregem suum, sed erit murus igneus
in circuitu nostri, robur atque fortitudo in medio nostrum, ut
confundantur omnes inimici, & pereant, qui gloriam Dei ac
gaudium piorum impeditæ annuntiantur. In hunc finem Sere-
nissimus ac potentissimus Elector ac Dominus Noster clemen-
tissimus pro sua pietate ultimum diem Octobris, quo seculum
Reformationis Evangelicæ primum claudimus, unâ cum sequen-
tibus diebus huic rei peculiari Rescripto ira destinavit, ut in ho-
norem Sacrosanctæ Trinitatis, in nostrum & totius posteritatis
emolumentum in toto hoc Electoratu solenne festivitate cele-
brarentur, & hac occasione in scholis & templis repetatur, quam
misérabilis fuerit Ecclesiæ facies ante Beati Lutheri tempora,
quam felici cum successu per ministerium Lutheri ea emaculata
fuerit, & quam potenter inter tot furores mundi puritas verbi
divini apud nos hactenus custodita. Quæ certè tanta sunt
omnino beneficia, quæ nullo unquam tempore obliuione deleri
debent, & hoc in primis anno recursu argumenta dicendi in
omni orationis genere uberrima, materiam quoque precandi
amplissimam suppeditare possunt. Quod plium institutum, ut

non tantum harum regionum incolis sed & exteris innotesceret,
Serenissima ejus Celsitudo operæ prætium judicavit. Etsi enim
non dubitat, quin omnes ex Antichristiani regni tenebris erepti
hoc in primis tempore immensum illud Dei beneficium etiam
nemine monente accuratè ponderatur sint: piut tamen &
æquum existimavit, ut cum in hoc Electoratu Saxonico, Deo
ita providente, primum omnium jubar illud lucis divinae splen-
descere, & repulgata religio caput extollere cœperit, ipse quoq;
tanquam harum regionum Dominus legitimus, præclaro pietatis
exemplo facem præluceret, etiam hoc nomine grati in Deum
animi pro singulari isto beneficio regionibus hisce collato, in-
dicium præbens omium piorum laude dignissimum. Hoc ni-
mirum est cum Imperatore Theodosio magis de statu Ecclesiarum,
quam de proprijs periculis angi: hoc est cum Constantino,
se conservum Episcoporum profiteri. Nam cum eorum in primis,
qui sacris præfecti sunt proprium munus sit, tanti beneficij
magnitudinem expendere, aliosque ut expendant, hortari: ecce
tibi! Noster Serenissimus, tanquam extra templum Episcopus
constitutus (ut Constantinus apud Eusebium loquitur) pri-
mum omnium se ijs, qui intra templum sacris operantur, quasi
σημάχειον sistit, singulare & accuratâ Instructione præscribens,
quibus ritibus festivitatem hanc Jubilæam in omnibus suis pro-
vincijs instituendam judicet, ut nostra erga Deum pietas & de-
votio acuatur, & ad seriam beneficiorum Dei, quæ mori, quod
ajunt μέρη, hoc toto seculo in Ecclesiam suam effudit, con-
siderationem nobiscum multi alij exstimentur. Instructio illa
alibi legitur integra: nos summa tantum rei vestigia legemus:
Principio Trigesimum Octobris diem profestum, & sequens
triduum integrum à XXXI. Octobris ad II. Novembrie usque,
solenne & festivum esse voluit, instar aliorum majorum festorum,
tractationi rerum sacrarum in solidum destinatum: cuius so-
lennitas XXVI. Octobris que erit Dominica XI. post Trinit.
Ecclesie publicè indicabitur. Singulis diebus illius tridui bine
habebuntur conciones: feria prima manè ex cap. XII. Da-
nielis; vespere ex Psal. LXXVI. juxta numerum Hebraorum.

Feria

Feria secunda manè ex Apoc. cap. 14. versiculus sextus usque ad decimum tertium, vesperi Psalmus L XXXVII. Feriā tertiā, vel ordinaria Evangeliū & Epistola Pericopæ, vel Psalmus XLVI. aut XLIX, aut similis aliquis textus pro concione tractabitur; & hoc pacto precibus & meditatione mysteriorum divinorum totum illud triduum in hisce regionibus, volente Domino, consumetur. Sequentes dies in Academijs relicti sunt disputationibus & orationibus solennibus, quibus & horrende ille tenebra sub Papatu depingantur, & lux è tenebris resplendescens in divino illo Reformationis opere ostendatur, & quam varijs ac pericolosis omnino fluctibus navicula Christi hoc integro seculo circumagitata fuerit, indicetur, Deoq; pro tam potenti conservatione & admiranda amplificatione Ecclesia gratia egantur.

Quod ergo felix atque faustum, totiq; Republica Christiana salutare sit, vobis omnibus atque singulis, quos pietas in Deum, reverentia in verbum ejus, observantia in magistratum, amor denique propria salutis devotos gratosq; reddere potest hac solennis festivitas Jubilai Evangelici indicta esto. Agite vos, ô nostri, latamini in Domino, exultate justi, jubilate Deo: Psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus quia, ut hac de suo nobis largiatur in re simili Gregorius, Granum frumenti mortuum cadens in terram multum fructum attulit, ne solum regnaret in cœlō, cuius morte vivimus, cuius infirmitate robora-

mur

mur cuius passione à passione eripimur, cuius
amore fratres quarimus, quos ignorabamus,
cuius munere, quos nescientes quarebamus,
invenimus. Et quis narrare sufficiat, quan-
ta hic latitia in omnium piorum cordibus ex-
oriatur, quod tot populi, operante omnipoten-
tis Dei gratia, expullis errorum tenebris, san-
cta fidei luce perfusi sunt, quod mente & devo-
tione integerrimâ calcant idola, quibus prius
vesano tumore subjacebant, quod omnipotenti
Deo puro corde substernuntur, quod à pravi
operis lapsibus sanctæ predicationis regulis li-
gantur, quod preceptis divinis animo subja-
cent, & intellectu sublevantur, quod usque ad
terram se humiliant, ne mente jaceant in terra?
Cujus hoc opus est, nisi ejus, qui ait: Pater
meus usque nunc operatur, & ego operor? Qui
ut mundum ostenderet non sapientia hominum,
sed suā se virtute convertere, predicatores
suos, quos in mundum misit, sine literis eli-
git, hoc etiam modo faciens, quia in Ger-
manorum gente per infirmum Monachum
MARTINVM LUTHERVM
& fideles ejus communias mysteria sua operari
digna-

dignatus est. Sed de his & similibus plura
suppeditabit instans FESTIVITAS FV-
BILÆ A, pro cuius felicissimo exortu,
ut omnes vera pietatis, divinae veritatis, sa-
lutiisque sue amantes serujs animi suspirijs ad
Deum ingemiscant, eamque devotâ cum re-
verentia celebrent, per vulnera FESV
CHRISTI, per roseum ejus sanguinem
per propriam deniq; cujasque salutem obtestan-
mur. Ita benedicitur Deus Pater in nobis,
glorificabitur Filius Dei, & honorabitur
Spiritus Sanctus; cui uni vero DEO sit ho-
nor, gloria & imperium in infinitas seculo-
rum aeternitates. Amen.

P. VVITEBERGÆ, sub Re-
ctoratu BARTHOLOMÆI REV-
NERI Uratislaviensis Silesij, U. f. D.
& primaria Judiciorum materia Professoris
publici, Juridica Facultatis ordinarij & Se-
nioris, Dominicæ XII. à Festo SS. Trinit.
quaerat 7. Septem. stylo Juliano, Anno Chri-
sti Salvatoris M. DC. XVII.

• 95 •

162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730542939/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730542939/phys_0016)



dignatus est. Sed de his & /
suppeditabit instans FESTIV
BILÆA, pro cuius felici
ut omnes vera pietatis, divina
lutiſq; ſua amantes ſerijs anim
Deum ingemifcant, eamq; de
verentia celebrent, per vul
CHRISTI, per roſeum ei
per propriam deniq; cujasq; ſa
mur. Ita benedicitur Deus T
glorificabitur Filius Dei, &
Spiritus Sanctus; cui uni ver
nor, gloria & imperium in in
rum aternitates. Amen.

P. P. VVITEBERG
ctoratu BARTHOLOM.
NERI Uratislaviensis Si
& primaria Iudiciorum mate
publici, Juridica Facultatis or
nioris, Dominicâ XII. à Fe
qua erat 7. Septem. stylo Julian
ſti Salvatoris M. DC. XVII.

10950



the scale towards document

Re-
VS-
T. D.
fforis
& Se-
init:
Chri-

lura
TV-
rtu,
,fa-
ad
re-
SV
nem
fla-
obis,
ritur
ba-
ulo-

B9

Patch Reference number on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. _____